operis uelut ex nebula fauoris.
Quosdam saepe monachos uidemus
terrena quae possiderant reliquis-
se. & nihil iam transitorium que-
rere. nullis pro hac uita iurgiis ad
misceri. Cumque hoc in se quisque
ostendit quasi oliua florem protulit.
Sed cum quidam ex talib; rursum
ceperint mundi gloriam quam con
tempserant querere & terrenis
rebus quas spreuisse uidebantur
insatiabiliter inhiare. Uagare iur
giis. proximorum lessionē exquirere
plurimum proiecit oliua floremque
posuit. quia rudimenta boni studii
ad perfecta opera non p̄duxit. Sciendū
summopere ē quia plerumque mo
nachis hoc euenire consueuerat
quidm puro ac simplici studio non se
cuntur. Quod in libro beati iob scribtū
est. Congregatio hypochritae sterelis
Cepta enim bona non amitterent
si hypochritae non fuissent. Congre
gant uero & hypochritae bona opera
sed eorum sterelis ē ipsa congregatio
quia p̄ hoc quod agunt fructum recipe
re in aeterna retributione non ap
petunt. Fecundi actum iudex in suis
operibus humanis oculis uidentur
sed in conspectu occulti iudicis infecundi &
aridi apparent XLVIIII.

## DE MONACHIS QUI SE IN CURIS SAECULIS INPLICANT

Nequaquam mens monachi ad
superna attollitur si cura
rum tumultibus continue
in infimis occupatur. quid enim de
deo occupata obtineat quae de illo
adpraehendere aliquid p̄ otiū uacans
laborat. bene autem p̄ psalmistā
dicitur. Uacate & uidete qm̄ ego
sum ds. Quia qui uacare d̄o negle
git suo sibi iudicio lumen eius uisio
nis abscondit. Monachi qui rebus
temporalibus occupantur tunc
bene exteriora disponunt cū solli
cite ad interiora refugiunt. cum
nequaquā foras p̄turbationum
strepitus diligunt sed apud semet
ipsos intus in tranquillitatis sinu
requiescunt. Prauorum monachorū
mentes temporalium rerum tu
multus intra semet ipsos uersare
non cessant, etiam cum uacant.
In cogitatione enim seruant de
pincta quae amant. & quamuis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc433/0186